Niechrebecka Abrenuntiat.

Comparens persnaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobilis Nastia Dubrawska olim Nobilis Andreae Dubrawski: cum Nobili olim Catherina Dwernicka procreata filia Nobilis vero Joannis Niechrebecki consors legitima cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et idoneo ad infrascripta recognoscenda consensu Sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis Suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa de bonis paternis et maternis se recognoscentem inter alios Consucessores Suos Iure Divino et naturali Successione post parentes suos concernen in rem et manus Generosi Andreae Dubrawski fratris sui recognoscentis germani abdicat et abrenunciat eundemq Generosum Andream Dubrawski fratrem suum germanum ob plenariam sibi pro praemissis per eundem fratrem suum ratione praemissorum plenariam satisfactionem quietat emittit et liberum pronunciat Sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium Cuius recognitionis sub testimonio.

Terlecki Terleckiemu Donat.

Comparens persnaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobilis Iwan Terlecki Szymkowicz sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua propria et hereditaria infrascripta nempe Cwierciey z poniwkami do tey że Cwierci nalezącemi inter metas Nobilium Alexandri Terlecki Sawczak dicti ab una et Demiani Terlecki Szymkowicz ab altera partibus in bonis villae Rosochy Terrae et districtus praelen Premislien iacen et consisten cum subditis